

videaris reprehensionem aliquam similem
 illi Annibal perstringentis Phormionem,
 quod de bellandi ratione multis differeret,
 qui nullo unquam prælio conflixisset. Video
 omnino, lector benebole, eā mihi necessita-
 tem imponi, ut instituti mei rationē paucis
 apud te exponam; unde id spero me conse-
 cuturum, ut & ipse terneræ susceptæ scri-
 ptionis suspicionem interuertā, & tu statue-
 repossis, sitne aliquis fructus tibi ex hoc la-
 bore nostro sperandus, an desperandus o-
 mnino. Expediam ergò paucis quid sit. Cum
 ante septenium in Academiam Heidelber-
 gensem venirem, videremque eō loci me di-
 uinitus delatum, quod ad sacræ Theologie
 studia commodiorem alium reperire non
 possem, eam studiorum rationem ineundā
 existimauī, ut Theologica cum Philosophi-
 cis coniungens, Ecclesiæ simul ac scholis,
 quod reliquum esset uitæ destinarem, Deūg-
 ita, quō vocaret, sequerer. Quocirca au-
 diui non tantum in Academia docentes
 clarissimos Theologos, sed & in Ecclesia
 concionantes incomparabiles illos viros,
 quibus præ aliis Germaniae urbib. Heidel-
 bergam præcipue donatam atque ornatā
 diuinitus animaduertebam; in primis vero